Amen. Domine exaudi. Oratio.
Deus cui propriū eſt miſereri
ſemper ⁊ parcere ſuſcipe de
precationē noſtrā vt quos delicto

rum cathena cõſtringit miſeratio tue pietatis abſoluat. Per xp̃m.

Deus q̇ charitas dona per gr̃am ſancti ſpũs tuoꝝ coꝛdibus fideliũ infũdis, da famulis ⁊ famulabus tuis fratribus ⁊ ſoroꝛibus noſtris ꝑ q̇bus tuā depꝛecamur clementiam ſalutē mētis ⁊ coꝛpoꝛis: Ut te tota ỽtute diligāt: ⁊ q̃ tibi placita ſũt tota dilectione ꝑficiant. per chꝛiſtũ. Deus a quo ſancta. vts̃ ¶ Ante pꝛimam.

Ineffabilē miam tuā q̃s dn̄e nobis clementer oſtēde vt ſimul nos a pctis oībus exuas, et a penis quas ꝑ his meremur benignus eripias. Qui viuis et reg. ⁊c.

Fideliũ deus oīz ꝯditoꝛ ⁊ redēptoꝛ aīabus oīm fideliũ defunctoꝝ remiſſionē cũctoꝝ tribue peccatoꝝ vt indulgētiā quaz

ſēper optauerunt pijs ſupplicati-
onibus conſequantur. Qui viuis
et regnas deus. Per oia. Oremꝰ.

Per hoꝝ oiū ſactoꝝ angeloꝝ,
archāgeloꝝ, patriachaꝝ, ꝓ-
phetaꝝ, apoſtoloꝝ, euangeliſtaꝝ
martyꝝ cōfeſſoꝝ atq; ꝟginū ⁊ oiū
electoꝝ tuoꝝ merita intceſſiones
orationes ⁊ ſuffragia clementiſſi-
me deus, infunde cordibus nr̄is fō
tē lachrimaꝝ vt poſſimus reatū
cōſcientie nr̄e ꝑfecte cognoſcere et
corā delicta oīm facinoꝝ noſtroꝝ
et commiſſa fideliter accuſare et
de eis tua miſericordia ꝑſtante ve
niam perfectam habere per dn̄m.
Benedicamus dn̄o. Deo gratias

¶ Sequuntur vigilie mortuoꝝ.
Ad veſperas. an. Placebo. ps.

Dilexi quoniā exaudiet do-
minꝰ vocē orationis mee,

Quia inclinauit aurē ſuā mihi et indiebus meis inuocabo. Circū-dederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerūt me. Tribulationē et dolorē inueni: et nomē dñi inuocaui. O dñe libera animā meā misericors dñs et iuſtus et deus nr̄ miseretur. Custodiēs paruulos dñs humiliatus ſū et liberauit me. Cōuertere aīa mea in requiē tuā quia dñs bñfecit tibi. Quia eripuit animā meā de morte, oculos meos a lachrimis pedes meos a lapſu. Placebo dño in regione viuorū. Requiē eternā dona eis dñe. Et lux perpetua. ā. Placebo dño in regiōe viuorum. ā. Heu me. ps. Ad dñm cū tribularer. ān. Heu me quia inco-latus meus prolongatus eſt. ān. dñs. ps. Leuaui oculos. ān. Dñs cuſtodit te ab omi malo, cuſtodiat

animā tuā dn̄s an. Si iniq̄tates.
vla. De pꝛofundis a. Si iniq̄ta-
tes obſeruaueris domine, domine
quis ſuſtinebit. an. Opera. ps.
Confitebοꝛ tibi dn̄e in toto
coꝛde meo q̄m audiſti verba
oꝛis mei. In conſpectu angeloꝝ
pſallā tibi, adoꝛabo ad tēplū ſctū
tuū ⁊ cōfitebοꝛ nōi tuo. Sup miā
tua ⁊ veritate tua, q̄m magnifica
ſti ſup oē nomē ſctū tuū. In qua
cūq; die inuocauero te exaudi me
multiplicabis in aīa mea v̄tutē.
Confiteaṫ tibi dn̄e oēs reges tre
q2 audierūt oīa v̄ba oꝛis tui. Et
cantent in vijs dn̄i: q̄m magna eſt
gloꝛia dn̄i. Q̄m excelſus dn̄s et
hūilia reſpicit: ⁊ alta a longe cog-
noſcit. Si ambulauero in medio
tribulatiōis viuificabis me ⁊ ſuper
irā inimicoꝝ meoꝝ extēdiſti manū

tuā et ſaluū me fecit dextera tua.
Dn̄s retribuet ꝑ me dn̄e mīa tu-
a in ſclm̄ opa manuū tuaꝝ ne de-
ſpicias. Neq̄ē. ā Opa manuū tu-
arū ne deſpicias dn̄e. ℣. A porta ī
feri. ℞ Erue dn̄e aīas eoꝝ. ā Au-
diui vocē. ps. Magnificat. ā Au-
diui vocē de celo dicētē beati mor-
tui q̄ ī dn̄o moriūtur. Kyrie eleiſō
Chriſte eleyſon: Kyrie eleiſō. Pat̄
noſter. Nō dicitur. Et ne nos. ps.
Lauda aīa mea dn̄m lauda
bo dn̄m ī vita mea, pſallaz
deo meo q̄ diu fuero. Nolite con-
fidere in pricipib⁹ nec ī filijs hoim
in q̇bus non eſt ſal⁹. Exibit ſpūs
eius ꝛ reuertet̄ in t̄rā ſuam in illa
die peribūt oēs cogitationes eoꝝ.
Btūs cui⁹ de⁹ iacob adiutor eius
ſpes ei⁹ ī dn̄o deo ipſius q̇ fecit ce-
lū ꝛ t̄rā, mare et oia q̄ in eis ſunt.

Qui cuſtodit veritatē in ſcl'z facit iudiciū iniuriā patētib⁹ dat eſcam eſurietib⁹ Dñs ſoluit cōpeditos dñs illūminat cecos. Dñs erigit eliſos dñs dirigit iuſtos. Dñs cuſtodit aduenas pupillū ⁊ viduā ſuſcipiet ⁊ vias pctōꝝ diſpdet. Regnabit dñs in ſecla deus tuus ſyon in gñatione ⁊ gñeratione. ℣ Requiē etnā dona eis dñe. ℟ Et lux ppetua luceat eis. A porta īferi. Erue dñe aīas eoꝝ. Credo videre. Domine exaudi. Et cla. Oremus

Deus qui ppriū eſt miſereri ſēp et parcere te ſupplices depcamur pro aīa famuli tui. N. quā hodie de hoc ſeculo migrare iuſſiſti vt nō tradas eā ī manꝰ inimici nec obliuiſcaris ī finē ſed iubeas illā āgelis ſctis ſuſcipi atq; ad regionē viuoꝝ pduci, ⁊ q2 in te

ſperauit et credidit ſanctoꝝ tuoꝝ
mereatur ſocietate letari. per.

DEus qui proprium eſt miſe-
reri ſemꝑ et parcere ꝓpiciare
animabus famulorum famularū
q; tuarum et omnia eorum pecca-
ta dimitte, vt mortis vinculis ab-
ſoluti tranſire mereantur ad vitā
Per dominum noſtrum.

DEus indulgētiaꝝ dn̄e da aīe
famuli tui vel famule tue.
N cui depoſitionis dič cōmemo-
ramus refrigerij ſedē quietis bea
titudinem ⁊ luminis claritatem.

Deꝰ q̇ inť apoſtolitos ſacerdotes
famulos tuos pontificali digmta
te cēceri feciſti ꝑſta q̄s vt quorū vi
cē ad horā gerebant in terris eorū
perpetuo cōſortio letentur in celis

DEus venie largitor ⁊ hūane
ſalutis amator queſumꝰ cle

mētiā tuā vt nroꝝ cōgregationū
fratres ⁊ ſorores qui ex hoc ſeculo
trāſierūt: intercedente btā maria
ſēper virgine et btō michaele ar-
chāgelo cū oibꝰ ſāctis tuis ad ꝑpe
tue beatitudinis cōſortiū ꝑuenire
cōcedas. per dn̄m noſtrū. Oremꝰ.
Fideliū deus omnium. vt ſupra
¶ Ad matutinas. an. Dirige. an
Verba mea auribus percipe
domine itellige clamorem
meū. Intēde voci orationis mee
rex meꝰ ⁊ deꝰ meus. Quoniā ad
te orabo dn̄e, mane exaudies vocē
meā. Mane aſtabo tibi et videbo
qm̄ nō deꝰ volens iniq̄tatē tu es.
Neqꝫ habitabit iuxta te malignꝰ,
neqꝫ ꝑmanebūt iniuſti āte oculos
tuos. Odiſti oēs qui operant̄ ini-
quitatē, ꝑdes oēs qui loquūt̄ mē-
daciū. Viꝝ ſanguinū ⁊ doloſū ab

abominabiẽ dn̄s ego autẽ in mul-
titudine mīe tue. Introibo in do
mū tuā adorabo ad tēplū ſctū tuū
in timore tuo. Dn̄e deduc me in
iuſtitia tua ꝑpter inimicos meos
dirige in cōſpectu tuo viā meam.
Qm̄ non ē i ore eoꝝ ꝟitas cor eoꝝ
vanū ē. Sepulchꝝ patens ē gut̃
eoꝝ linguis ſuis doloſe agebāt iu
dica illos de9. Decidant a cogi-
tationib9 ſuis ſecūdū multitudi-
nē impietatū eoꝝ expelle eos: qm̄
irritauerũt te dn̄e. Et letent̃ oēs
qui ſperant in te, in eternū exulta-
bunt ⁊ habitabis in eis. Et glo-
riabuntur in te oēs qui diligunt
nomē tuum: qm̄ tu bn̄dices iuſto.
Dn̄e vt ſcuto bone volūtatis tue
coronaſti nos. Requiē eternā. a.
Dirige dn̄e de9 meus in cōſpectu
tuo viā meā. a Cōuertere dn̄e. p.

Dñe ne in furore .i⁹. ā Conuer-
tere domine et eripe animam me-
am: qm̃ non eſt in morte q̇ memor
ſit tui. aũ Ne quando. ps.
Domine de⁹ me⁹ in te ſpaui
ſaluũ me fac ex oib⁹ pſequentibus
me et libera me. Nequãdo rapi-
at vt leo aĩaz meã dũ nõ eſt q̇ redi-
mat neqꝫ q̇ ſaluũ faciat. Dñe de⁹
me⁹ ſi feci iſtud: ſi eſt iniq̃tas i ma
nib⁹ meis. Si reddidi retribuẽti
b⁹ mihi mala decidã merito ab in
imicis meis i anis. Perſequat in-
imic⁹ aĩaz meã et cõ pꝛehẽdat, con
culcet in t̃ra vitã meã ꝛ gl'iã meaz
ĩ puluerẽ deducat. Exurge dñe in
ira tua ꝛ exaltare in finibus inimi
coꝝ meoꝝ. Et exurge dñe de⁹ me
us i p̃cepto qđ mãdaſti: ꝛ ſynago-
ga pploꝝ circũdabit te. Et ppter
hãc in altũ regredere dñs iudicat

populos. Judica me dñe secũd
iusticiam meam, ⁊ secũdũ innocẽti
am meã sup me. Cõsumet neq̃ti
a pctõꝝ et diriges iustũ scrutans
corda ⁊ renes deꝰ. Iustũ adiuto-
riũ meũ a dño: qui saluos facit rec
tos corde. Deus iudex iustus fortis
⁊ paciẽs nũquid irascit᷑ p singulos
dies. Nisi cõuersi fueritis gladi-
um suũ vibrauit arcũ suũ tetendit
⁊ parauit illũ. Et in eo parauit
vasa mortis sagittas suas ardẽti-
bus effecit. Ecce parturit iniustici-
am ꝯcepit dolorẽ et peperit iniqui
tatẽ. Lacũ aperuit et effodit eũ ⁊
incidit in foueã quã fecit. Cõuer
tetur dolor eius in caput eius et in
verticem ipsius iniquitas eius de
scendet. Confitebor dño secundũ
iusticiam eius: et psallam nomini
dñi altissimi. Requiem. a. Neq̃

rapiat vt leo aīam meā dū nō eſt
q̄ redimat neq̨ qui ſaluū faciat. ℣
A porta inferi. ℟. Erue dn̄e aīas
eoꝝ. Pr̄ nr̄. Et ne nos. Lectio i.

Parce michi dn̄e nichil enim
ſūt dies mei. Quid eſt hō: q̄z
magnificas eū aut quid apponis
erga eū cor tuū. Viſitas eū dilucu-
lo: et ſubito probas illū. Vſq̨ quo
non pcis mihi nec dimittis me vt
glutiā ſaliuā meaꝫ. Peccaui quid
faciam tibi o cuſtos hoīm: quare
poſuiſti me contrarium tibi ⁊ fac-
tus ſum mihi metipſi grauis. cur
nō tollis peccatum meuꝫ et quare
nō aufers iniquitatem meā. Ecce
nunc in puluere dormio: et ſi ma-
ne me queſieris non ſubſiſtam. ℟.
Credo quod redemptor meus vi-
uit ⁊ in nouiſſimo die de terra ſur-
recturus ſum et in carne mea vi-

debo deū ſaluatorē meū. ℣. Quē
viſur⁹ ſū ego ipſe et nō alius ꝙ ocu
li mei cōſpecturi ſūt. Et in. ℟e.ii.

Tedet aiaz meam vite mee
dimittā aduerſum me elo-
quiū meū. Loquar in amaritudi
ne aīe mee: dicā deo. Noli me con-
dēnare. Iudica mihi cur me ita iu
dices, numquid bonum tibi videt
ſi calūnieris et opprimas me op⁹
manuum tuaꝝ et conſilium impi-
orum adiuues: numquid oculi car
nei tibi ſūt, aut ſicut videt hō ꝙ tu
videbis: numquid ſicut hoīs dies
tui et anni tui ſicut humana ſunt
tēpora: vt q̄ras iniquitatem meā
et peccatum meum ſcruteris. Et
ſcias quia nihil impium fecerim
cū ſit nemo qui de manu tua poſ-
ſit eruere. ℟. Qui lazarum reſuſ-
citaſti a monumēto fetidum. Tu

eis dn̄e dona requiem et locum in
dulgētie. ℣. Qui ventur⁹ es iudica-
re viuos et mortuos et ſeculum p̄
ignem. Tu eis domine. lectio .iii.

MAnus tue fecerūt me: ⁊ plaſ-
mauerūt me totū in circuitu
Et ſic repēte p̄cipitas me. Memē-
to q̄ſo q̄ ſicut lutum feceris me: et
in puluerē reduces me. Nōne ſi-
cut lac mulſiſti me: ⁊ ſicut caſeum
me coagulaſti. Pelle ⁊ carnib⁹ ve-
ſtiſti me oſſib⁹ et neruis cōpegiſti
me. Vitā et miām tribuiſti mihi,
⁊ viſitatio tua cuſtodiuit ſpm̄ meū
℟. Dn̄e quando veneris iudicare
terrā vbi me abſcondā a vultu ire
tue. Quia peccaui nimis ī vita mea.
℣. Commiſſa mea paueſco et ante
te erubeſco dum veneris iudicare
noli me condemnare. Quia peccaui.

℣. In iijo. nocturno. Pſalmus.

DOminꝰ regit me ⁊ nihil mi-
hi deerit: in loco paſcue ibi
me collocauit. Suꝑ aquā refectio
nis educauit me, aīam meā cōuer
tit. Deduxit me ſuꝑ ſemitas iuſti
cie: ꝓpter nomē ſuū. Nā et ſi am-
bulauero in medio vmbꝛe moꝛtis
nō timebo mala qm̄ tu mecum es
Uirga tua ⁊ baculꝰ tuus: ip̄a me
ꝯſolata ſūt. Paraſti in conſpectu
meo mēſā aduerſꝰ eos q̇ tribulant
me. Impiguaſti ī oleo caput me-
um ⁊ calix meꝰ īebꝛians ꝙ̄ ꝑclarꝰ
eſt: Et mīa tua ſubſeq̄t me oībus
diebꝰ vite mee. Et vt inhabitem
in domo dn̄i in lōgitudinē dierum
Requiē. ā. In loco paſcue ibi me
collacauit. an. Delicta. pſalmus.
AD te dn̄e leuaui aīam meā
deus meꝰ in te confido non
erubeſcā. Neq; irrideant me ini-

mici mei et eni vniuerſi q̄ ſuſtinēt
te nō cōfundēt. Confundant om-
nes iniqua agētes ſupuacue. Vi-
as tuas dn̄e demonſtra mihi et ſe
mitas tuas edoce me. Dirige me
in vitate tua et doce me, q: tu es
deus ſaluator meus et te ſuſtinui
tota die. Reminiſcere miſerati-
onū tuarum dn̄e, ⁊ miaruz tuaruz
q̄ a ſeculo ſunt. Delicta iuuentu-
tis mee: et ignorantias meas ne
memineris. Secundum miam
tuam memēto mei tu propt̄ boni-
tatē tuā dn̄e. Dulcis ⁊ rect⁹ dn̄s
ꝓpter hoc legē dabit deliquētib⁹
in via. Diriget manſuetos in iu-
dicio docebit mites vias ſuas. V-
niuerſe vie dn̄i mia et veritas re-
quirētib⁹ teſtamētū ei⁹ et teſtimo
nia ei⁹. Propter nomē tuū ꝓpici
aberis pctō meo multum eſt enim

Quis eſt homo qui timet dñm le
gē ſtatuit ei ĩ via quã elegit. Aĩa
eiꝰ in bonis demorabit ⁊ ſemē eiꝰ
hereditabit terrã. Firmamentũ
eſt dñs timētibꝰ eũ et teſtamentũ
ipſiꝰ vt manifeſtetur illis. Oculi
mei ſēp ad dñm qm̄ ipſe euellet de
laqueo pedes meos. Reſpice in
me ⁊ miſerere mei qꝛ vnicꝰ ⁊ pau-
per ſũ ego. Tribulatiões cordis
mei multiplicate ſũt, de neceſſita
tibꝰ meis erue me. Vide humili-
tatē meã ⁊ laborem meum, dimit-
te vniuerſa delicta mea. Reſpice
inimicos meos qm̄ multiplicati
ſũt, odio iĩquo oderũt me. Cuſtodi
animã meã et erue me, nõ erube-
ſcam qm̄ ſperaui in te. Innocen
tes ⁊ recti adheſerunt mihi quia
ſuſtinui te. Libera deus iſra-
el: ex oĩbus tribulationibus ſuis.

an. Delicta iuuẽtutis mee ⁊ igno
rãtias meas ne memineris domi
ne. an. Credo. Pſalmus.

D Ominus illuminatio mea
et ſalus mea: quẽ timebo.
D ñs ꝓtector vite mee a quo tre
pidabo. D ũ apꝓpriant ſuꝑ me
nocẽtes vt edant carnes meas.
Q ui tribulãt me inimici mei ipſi
īfirmati ſũt ⁊ ceciderũt. S i cõſi
ſtãt aduerſum me caſtra, nõ time
bit cor meũ. S i exurgat aduerſũ
me ꝓliũ i hoc ego ſperabo. U nã
petii a dño hãc reqrã vt inhabitẽ
i domo dñi oib⁹ dieb⁹ vite mee.
U t videã volũtatẽ dñi, ⁊ viſitẽ
tẽpliũ ei⁹. Q m abſcõdit me in ta
bernaculo ſuo i die maloꝝ ꝓtexit
me in abſcõdito tabernaculi ſui.
I n petra exaltauit me et nũc ex
altauit caput meũ ſuper inimicos

meos. Circuiui ⁊ imolaui in ta
bernaculo ei⁹ hoſtiā vociferatio
nis, cātabo ⁊ pſalmū dicam dn̄o.
Exaudi dn̄e vocē meaꝫ qua cla-
maui ad te miſerere mei ⁊ exaudi
me Tibi dixit coꝛ meū exq̄ſiuit te
facies mea faciē tuā dn̄e req̄ram
Ne auertas faciē tuā a me ne
decliēs ī ira a ſeruo tuo. Adiutoꝛ
me⁹ eſto dn̄e, ne dereliq̄s me neq̄
deſpicias me de⁹ ſalutaris me⁹.
Qm̄ pr̄ me⁹ ⁊ mr̄ mea dereliq̄rūt
me dn̄s aūt aſſūpſit me. Legē po
ne mihi dn̄e ī via tua ⁊ dirige me
ī ſemita recta ꝑpt̄ inimicos meos
Ne tradideris me ī aīas tribulā-
tiū me qm̄ iſurrexerūt ī me teſtes
iniq̄ ⁊ mētita eſt iniq̄tas ſibi. Cre
do videre bona dn̄i ī t̄ra viuētiū.
Expecta dn̄ꝫ viriliť age ⁊ cōfoꝛ-
tet coꝛ tuū ⁊ ſuſtine dn̄ꝫ. Req̄e.

Credo videre bona domini in terra viuẽtiũ. ℣. In memoria eterna erit iuſtus. ℟. Ab auditione mala non timebit. Pater noſter. Et ne nos. Lectio. iiii.

Quãtas habeo iniq̃tates et pctã: ſcelera mea atq; delicta oſtende mihi. Cur faciẽ tuã abſcõdis ⁊ arbitraris me inimicũ tuũ Cõtra foliũ qd vẽto rapit oſtẽdis potẽtiã ⁊ tuã ⁊ ſtipulã ſiccã pſeq̃ris, ſcribis eñ cõtra me amaritudines ⁊ ↄſumere me vis pctis adoleſcẽtie mee. Poſuiſti in neruo pedẽ meũ ⁊ obſeruaſti oẽs ſemitas meas ⁊ veſtigia pedũ meoꝝ cõſideraſti. Qui q̃ſi putredo cõſumẽdꝰ ſũ quaſi veſtimẽtũ q̄ comedit a tinea. ℟. Heu mihi dñe q2 peccaui nimis ĩ vita mea q̃d faciã miſer vbi fugiam niſi ad te deꝰ meꝰ miſere-

re mei. Dū veneris ī nouiſſimo di
e. ℣. Aīa mea turbata ē valde ſed
tu dn̄e ſuccurre ei. Dū vene. xc. v.

Homo natus de muliere bꝛe
ui viuēs tpe replet multis
miſeriis. Qui quaſi flos egredit̄ ⁊
ꝯterit̄ ⁊ fugit velut vmbꝛa ⁊ nūq̄
in eodē ſtatu ꝑmanet. Et dignū
ducis ſuꝑ huiuſcemodi apire ocu-
los tuos ⁊ adducere eū tecū in iu-
diciū. Quis poteſt facere mūdū de
īmūdo conceptū ſemine. Nōne
tu q̄ ſolꝰ es. Bꝛeues dies hoīs ſūt
numerus menſiū eius apud te eſt.
Cōſtituiſti terminos eiꝰ qui pꝛete
riri nō poterūt. Recede ergo paulu
lū ab eo vt quieſcat donec opta-
ta veniat ⁊ ſicut mercenarii dies
eiꝰ. ℟. Ne recoꝛderis pctā mea dn̄e
Dū veneris iudicare ſcłm p ignē.
℣. Dirige dn̄e deus meus ī cōſpe

ctu tuo viã meã. Dñ. Lectio. vii.

Quis mihi hoc tribuat vt in inferno ꝓtegas me ⁊ abſcõdas me donec ꝑtranſeat furoꝛ tu⁹ ⁊ cõſtituas mihi tp̄s ĩ quo recoꝛderis mei. Putas ne moꝛtuus hõ ruꝛſũ viuat? Cũctis dieb⁹ ꝗb⁹ nũc milito expecto donec veniat immutatio mea. Uocabis me ⁊ ego reſpõdebo tibi Operi manuũ tuaꝝ poꝛriges dexterã. Tu ꝗdẽ greſſ⁹ meos dinumeraſtiſed parce pctis meis. ℟. Dñe ſcdm̄ actum meũ noli me iudicare nihil dignũ in cõſpectu tuo egi. Ideo dep̄coꝛ maieſtatẽ tuã vt tu de⁹ deleas iniqtatẽ meã. ℣. Ampli⁹ laua me dñe ab iniuſticia mea ⁊ a delicto meo mũda me qꝛ tibi ſoli peccaui. Ideo dep̄coꝛ maieſta. ℣. Cõplaceat.

Expectãs expectaui dñm ⁊ intẽdit mihi. Et exaudiuit p̄-

ces meas ⁊ eduxit me de lacu mi-
ſerie ⁊ de luto fecis. Et ſtatuit ſu
pra petrā pedes meos: ⁊ direxit
greſſꝰ meos. Et imiſit i os meū
cāticū nouū carmē deo nr̄o. Ui
debūt multi ⁊ timebūt ⁊ ſpabūt i
dn̄o. Btūs vir cuiꝰ eſt nomē dn̄i
ſpes eiꝰ ⁊ nō reſpexit i vanitates
⁊ iſanias falſas. Multa feciſti tu
dn̄e deꝰ meꝰ mirabilia tua, ⁊ cogi
tationibꝰ tuis nō eſt q̄ ſimilis ſit
tibi. Annūciaui ⁊ locutꝰ ſū mul-
tiplicati ſūt ſup numerū. Sacri-
ficiū ⁊ oblationē noluiſti: aures
aūt pfeciſti mihi. Holocauſtū ⁊ p
pctō nō poſtulaſti tūc dixi ecce ve
nio. In capite libri ſcriptū eſt de
me vt facerē volūtatē tuaꝫ, deus
meꝰ volui ⁊ legē tuā i medio cor-
dis mei. Annūciaui iuſticiā tuaꝫ
i eccleſia magna, ecce labia mea

non phibebo dñe tu ſciſti. Iuſti
ciã tuã non abſcondi in corde meo
veritatẽ tuam et ſalutare tuũ dixi.
Nõ abſcõdi mīaz et veritatẽ tuã,
a conſilio multo. Tu aũt dñe ne
longe facias miſerationes tuas a
me mia tua et veritas tua ſẽper ſu
ſceperũt me. Quoniam circunde
derunt me mala quorum non eſt nu
merus, cõprehẽderũt me iniquita
tes mee nõ potui vt viderẽ. Mul
tiplicate ſũt ſup capillos capitis
mei et cor meũ dereliquit me. Cõ
placeat tibi dñe vt eruas me, dñe
ad adiuuandũ me reſpice. Cõfũ
dant̃ et reuereant̃ ſimul q̃ q̃runt
aīaz meã vt auferãt eã. Conuer
tãtur retrorſũ et reuereãtur q̃ vo
lũt mihi mala. Ferant cõfeſtim
cõfuſionẽ ſuã qui dicũt mihi euge
euge. Exultent et letentur ſup te

oēs querētes te et dicāt ſēper ma-
gnificetur dn̄s qui diligūt ſaluta
re tuū. Ego autē mēdic' ſū ꝛ pau
per dn̄s ſollicitus eſt mei. Adiu
toꝛ me' et ꝓtectoꝛ me' tu es: de'
meus ne tardaueris. an̄. Compla
ceat tibi dn̄e vt eruas me dn̄e ad
adiuuādū me reſpice. an̄. Sana. p̄.
Beat' q̄ intelligit ſup egenū
et pauperē in die mala libe-
rabit eū dn̄s. Dn̄s cōſeruet eū ꝛ
viuificet eū et beatuȝ faciat eū in
terra et nō tradat eū in aiaȝ ĩimi-
coꝝ ei'. Dn̄s opē ferat illi ſup le
ctū doloꝛis ei' vniuerſū ſtratū ei'
verſaſti in ĩfirmitate eius. Ego
dixi dn̄e miſerere mei ſana animā
meā qꝛ peccaui tibi. Inimici mei
dixerunt mala mihi quando mo-
rietur et peribit nomen eius. Et
ſi ingrediebatur vt videret vana

loqͤbatᷣ cor eiꝰ ꝯgregabit iniqͥtatē ſibi. Egrediebatᷣ foras: ⁊ loqͤbatur i idipſū. Aduerſū me ſuſurrabāt oēs īimici mei: aduerſū me cogitabāt mala mihi. Verbū iniquū cōſtituerūt aduerſū me: nūqd qͥ dormit nō adiiciet vt reſurgat. Etem̄ homo pacis mee ī quo ſperaui: qͥ edebat panes meos magnificauit ſup me ſupplantationem. Tu aūt dn̄e miſerere mei et reſuſcita me ⁊ retribuā eis. In hoc cognoui qm̄ voluiſti me, qm̄ nō gaudebit īimicꝰ meꝰ ſup me. Me aūt ꝑpt inocētiā ſuſcepiſti ⁊ cōfirmaſti me ī cōſpectu tuo ī eternū. Bn̄dictus dn̄s deus iſrˡ a ſclo ⁊ i ſclm fiat fiat. a. Sana dn̄e aiaz meā qꝛ peccaui tibi. an. Sitiuit. Pſalm.

Quemadmodum deſiderat ceruꝰ ad fōtes aquaꝝ ita deſi

derat aia mea ad te de⁹? Sitiuit
aia mea ad deū fōtē viuū· qñ ve-
niā ⁊ apparebo añ faciē dei. Fue
rūt mihi lachrime me panes die ac
nocte dū dicit mihi quotidie vbi
eſt de⁹ tu⁹ Hec recordatū ſū ⁊ ef-
fudi aiaȝ meā qm̄ trāſibo i locum
tabernaculi admirabilis vſq; ad
domū dei. In voce exultatiōis
⁊ cōfeſſiōis ſonus epulātis. Qua
re triſtis es aia mea ꝛ quare cōt-
bas me. Spa i deo qm̄ adhuc cō
fitebor illi ſalutare vult⁹ mei ⁊
de⁹ me⁹. Ad meipſū aia mea cōt
bata eſt ꝓptea memor ero tui de tra
iordāis ⁊ hermōii a mōte modico
Abiſſ⁹ abiſſū inuocat in voce ca
tharactaꝝ tuaꝝ. Oia excelſa tua
⁊ fluct⁹ tui ſup me trāſierūt. In
die mādauit dn̄s miaȝ ſuā ⁊ noc
te cāticum eius. Apd me orō deo

vite mee dicā deo ſuſceptor meus es. Quare oblit⁹ es mei et quare cōtriſtatus icedo dū affligit me ĩimicus. Dū cōfringunt oſſa mea exprobraueſt mihi qui tribulāt me īimici mei. Dū dicūt mihi p ſingulos dies vbi ē deus tuus. Quare triſtis es aīa mea et quare cōturbas me. Spa in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi ſalutare vultus mei et de⁹ meus. Requiē. ā. Sitiuit aīa mea ad deū fōtē viuū quando veniā et apparebo āte faciē dñi. ℣. Req em eternam dona eis dñe. ℟. Et lux perpetua. Pr nr. Lectio. vii.

Spiritus meus attenuabit dies mei breui abūtur et ſolum mihi ſupeſt ſepulchr. Nō peccaui: et in amaritudinib⁹ morat ocul⁹ me⁹ Libera me dñe ⁊ pone me iuxta te et cuiuſuis man⁹ pugnet cōtra me

Dies mei trāſierūt cogitationes
mee diſſipate ſunt torquentes coꝛ
meū. Noctē verterūt in diē et rurſū
poſt tenebꝛas ſpero lucē. Si ſuſti
nuero īfernus domus mea ē, in te
nebꝛis ſtraui lectulū meū. Putre-
dini dixi. Pr̄ meus es mr̄ mea et
ſoroꝛ mea vermibus: vbi ē ergo nūc
ꝑſtolatio mea ⁊ patiētia mea. Tu
es dn̄e deus meus. ℞. Peccātē me
quotidie ⁊ nō penitētē timoꝛ moꝛ
tis conturbat me. Quia ī īferno nulla
eſt redēptio: miſerere mei deus et
ſalua me. ℣. Deus in noīe tuo ſal
uum me fac ⁊ ī virtute tua libera
me. Quia in inferno. Lectio. viii.

Pelli mee cōſūptis carnibus
adheſit os meū, et derelicta
ſūt tātū modo labia circa dentes
meos Miſeremini mei miſeremini
mei ſaltē vos amici mei: quia manꝰ

dñi tetigit me. Quare ꝑſeq̃mini
me ſicut de⁹ & carnib⁹ meis ſatura
mini. Quis mihi tribuat vt ſcribã
tur ſermones mei. Quis mihi det
vt exarẽt in libro ſtilo ferreo aut
plũbi lamina vel celte ſculpãt ſili
ce. Scio enĩ ꝙ redẽptor me⁹ viuit
& i nouiſſimo die de t̃ra ſurrect̃ i
ſũ. Et rurſũ circũdabor pelle mea
& i carne mea videbo deũ ſaluato
rẽ meũ. Quẽ viſur⁹ ſũ ego ipſe &
oculi mei cõſpecturi ſunt & nõ a
lius. Repoſita eſt hec ſpes mea ĩ
ſinu meo. R. Requiem eternã dona
eis dñe. Et lux perpetua luceat
eis. V. Qui lazarum reſuſcitaſti a
monumẽto fetidum: tu eis dñe do
na requiem. Et locum. Lectio. ix
Quare de vulua eduxiſti me
q̃ vtinã cõſumptus eſſẽ ne
ocul⁹ me videret. Fuiſſẽ quaſi nõ

eſſē de utero tranſlatus ad tumu
lum. Nunquid nō paucitas die
rum meoꝝ finietur breui. Dimit-
te ergo me dn̄e ut plāgam paulu
lū dolorē meū anteq̄ uadū ⁊ non
reuertar ad trām tenebroſū ⁊ o-
pertā mortis caligine. Terrā mi
ſerie et tenebraꝝ ubi umbra mor
tis et nullus ordo ſed ſēpiternus
horror inhabitās. ℟ Libera me
dn̄e de morte eternā: in die illa tre
mēda. Qn̄ celi mouēdi ſunt et tra
Dum ueneris iudicare ſeculū p
ignē. ℣ Dies illa dies ire calami
tatis et miſerie dies magna et a
mara ualde. Quādo celi. ℣ Quid
ergo miſerrimꝰ qd dicā uel qd fa
ciā dū nil boni pferā ꝯte tātū iudi
cē: Dū ueneris. ℣ Nūc xp̄e te peti
mꝰ miſerere q̄s, q̄ uenisti redime
re pditos noli dānare redēptos

Aliud ℟. Libera me dñe de penis
īferni q̄ portas ereas cōfregiſti et
viſitaſti īfernū et dediſti eis lumē
vt viderent te q̄ erāt ī penis tene-
braꝝ. ℣. Clamātes et dicētes ad-
ueniſti redēptor nr̄. Qui. ℣. Reqeſ
cāt in pace. a̅. Exultabūt. Miſe-
rere mei. vtſ̄. a̅. Exultabunt dño
oſſa humiliata. añ. Exaudi me. p̄s.
TE decet hymnus de⁹ ī ſion
et tibi reddet votū in hie-
ruſalē. Exaudi de⁹ orōnem meā:
ad te oīs caro veniet. Uerba ini
quoꝝ preualuerūt ſuper nos ⁊ im
pietatibus noſtris tu propiciabe
ris. Beat⁹ quē elegiſti et aſſūpſi
ſti, inhabitabit ī atriis tuis. Re
plebimur in bonis domus tue ſāc
tū eſt tēplū tuum mirabile ī equi
tate Exaudi nos deus ſalutaris
nr̄ ſpes oīz finiū tre ⁊ ī mari lōge:

Preparās mōtes ī ꝟtute tua ac-
cinct⁹ potētia ꝯturbas ꝓfūdū maris
sonū fluctuū ei⁹ Turbabūtꝰ gētes
⁊ timebūt q̄ habitāt t̄minos t̄re a
signis tuis exit⁹ matutini ⁊ vespe
re delectaberis. Visitasti t̄rā ⁊ ie
briasti eā: multiplicasti locupleta
re eā. Flumē dei repletū est aq̄s
parasti cibū illoꝝ qm̄ ita est p̄pa-
ratio ei⁹ Riuos ei⁹ inebriās mul
tiplica germina ei⁹ ī stillicidiis e
i⁹ letabit̄ germinās Benedices co
rone āni benignitatis tue ⁊ cāpi
tui replebūt̄ vbertate Pinguescēt
speciosa deserti ⁊ exultatiōe colles
accīgēt̄. Induti sūt arietes oviū
⁊ valles abundabūt frumēto cla-
mabūt etenī hymnū dicēt. a. Exaudi
dñe orōnē meā ad te oīs caro veni
et. a. Me suscepit. p. Deus de⁹ me⁹.
a. Me suscepit dextera tua dñe. a.

A poꝛta inferi. Psalmus.

EGo dixi ī dimidio dierꝝ meorū
vadā ad poꝛtas inferi. Queſi-
ui reſiduū ānoꝝ meoꝝ dixi nō vide
bo dn̄z deū in t̄ra viuētiū. Nō aſpi
ciā hominē vltra ⁊ habitatoꝛē q̄e
tis. Gn̄atio mea ablata eſt ⁊ ↄuo-
luta eſt a me quaſi tabernaculum
paſtoꝝ. Pꝛeciſa eſt velut a texēte
vita mea duz adhuc oꝛdirer ſucci-
dit me. De mane vſqꝫ ad veſpā
finies me: ſpabaz vſqꝫ ad mane
quaſi leo ſic cōtriuit oīa oſſa mea
De mane vſqꝫ ad veſperā finies
me ſicut pullus hyꝛūdinis ſic cla-
mabo meditaboꝛ vt columba. At
tēuati ſunt oculi mei ſuſpicientes
in excelſo. Dn̄e vim patioꝛ reſpon
de ꝓ me: qd̄ dicam aut quid reſpō
debit mihi cum ipſe fecerim. Reco
gitabo tibi oēs annos meos in a
maritudine aīe mee. Dn̄e ſi ſic vi

uit̄ et in talibus vita spūs mei coꝛ
ripies me ꝛ viuificabis me ecce in
pace amaritudo mea amarissima
Tu aūt eruisti aīā meā vt nō pe·
riret ꝓiecisti post tgum tuum oīa
peccata mea. Quia nō infernus cō
fitebit̄ tibi neqꝫ moꝛs laudabit te
nō expectabunt q̄ descēdunt in la
cum veritatē tuam. Uiuēs viuēs
ipse cōfitebit̄ tibi sicut ꝛ ego hodie
pr̄ filiis notam faciet veritatem
tuam. Dn̄e saluum me fac ꝛ psal
mos nr̄os cantabimus cūctis die
bus vite nr̄e in domo dn̄i. Requie.
ā. A poꝛta inferi: erue dn̄e aīam
meam. ā. Ois spūs. p̄. Laud dn̄z
de celis. ā. Ois spūs laud dn̄m. p̄.
A poꝛta inferi. R̄. Erue dn̄e. ā. E
go sum. p̄. Bn̄dictus. ā. Ego sum
resurrectio et vita qui credit in me
etiam si moꝛtuus fuerit viuet et

dis q̄ viuit ⁊ credit in me non mo
rietur ineternum. Kyrie eleiſon. xp̄e
eleyſon. Kyrie eleyſon. Pr̄ nr̄. ps.
Exaltabo te dn̄e qm̄ ſuſcepiſti
me nec delectaſti inimicos me
os ſup me. Dn̄e de⁹ me⁹ clamaui
ad te ⁊ ſanaſti me. Dn̄e eduxiſti
ab inferno aiā meā ⁊ ſaluaſti me a
deſcēdētib⁹ in lacū. Pſallite dn̄o
ſācti ei⁹ ⁊ ꝯfitemini meōrie ſctita-
tis ei⁹. Qm̄ ira i indignatione ei⁹
⁊ vita i volūtate ei⁹. Ad veſpez
demorabit flet⁹ ⁊ ad matutinū le-
titia. Ego aūt dixi i abundantia
mea nō mouebor i etnū. Dn̄e in
volūtate tua: p̄ſtitiſti decori meo
v̄tutē. Auertiſti faciē tuā a me ⁊
fact⁹ ſū ꝯ̄turbat⁹. Ad te dn̄e clama
bo: ⁊ ad deū meū dep̄cabor. Que
vtilitas in ſāguine meo dū deſcē
dero in corruptionē. Nunquid ꝯ̄fi

tebit tibi puluis aut ānūciabit ꝟi
tatē tuā. Audiuit dñs ⁊ miſert⁹
eſt mei: dñs fact⁹ eſt adiutoꝛ me⁹.
Cōuertiſti planctū meū i gaudiū
mihi ꝯcidiſti ſaccū meū ⁊ circunde
diſti me leticia. Ut cātet tibi gl'ia
mea ⁊ nō cōpungar: dñe de⁹ meus
in eťnum cōfitebor tibi. Req̄e. ℣.
A poꝛta inferi. ℟. Erue dñe aīs e
oꝝ. Credo videre bona dñi. Dñe
exau. oꝛationē meā. Et cla. Oꝛo.
Omñs ſēpiťne deus cui nūq̄ ſi-
ne ſpe mīe ſupplicať ꝓpiciare
aīe famuli tui. N. vel famule tue
N. vt qui vel q̄ de hac vita in tui
nōis confeſſione deceſſit: ſanctoꝝ
tuoꝝ numero facias aggregari.
Deus cui⁹ mīe nō eſt nume
r⁹ ſuſcipe ꝓ aīab⁹ famuloꝝ
tuoꝝ pōtificū p̄ces nr̄as ⁊ lucis e
is leticieqꝫ regionē in ſāctoꝝ tuoꝝ

ſocietate cōcede. Inclina dn̄e au-
rem tuam. Oremus.

Animab⁹ q̄s dn̄e oīm fidelium
defunctoꝝ oro pficiat ſuppli-
cantium vt eas et a pctis omni-
b⁹ exuas et tue redēptionis facias
eſſe participes. Per Chriſtum.

In feriis int feſtū aīaꝝ ꝛ paſcha.

Voce mea ad dn̄m clamaui vo-
ce mea ad dn̄z depcatus ſum.
Effundo in cōſpectu ei⁹ orationē
meā, ꝛ tribulationē meam ante ip-
ſum pnūcio In deficiēdo ex me
ſpm̄ meū ꝛ tu cognouiſti ſemitas
meas In via hac qua ambulabā
abſcōderunt ſupbi laqueum mihi.
Conſiderabam ad dexteram ꝛ vi-
debā ꝛ non erat q̄ cognoſceret me
Periit fuga a me ꝛ nō eſt q̄ reqrat
animam meam. Clamaui ad te dn̄e
dixi tu es ſpes mea portio mea in

tra vniuẽtium. Intẽde ad deꝑcati
onẽ meam q2 hũiliatus ſũ nimis.
Libera me a pſequẽtib⁹ me qa cõ
fortati ſunt ſuꝑ me. Educ de cu-
ſtodia aiaȝ meam ad cõfitẽdum
noi tuo me expectãt iuſti donec re
tribuas mihi. ℭ Benedictio.
Sancti ⁊ indiuidue trinitatis ieſu
xp̄i crucifixi humanitati glorioſe
marie virgini ſit ſẽpitna glia ab
omni creatura, ꝑ infinita ſeculoꝝ
ſecula. Amen. Bñdictũ ſit dulce
nomẽ dñi nr̄i ieſu xp̄i: ⁊ glorioſe vgi
nis marie mr̄is eius in eternum et
vltra. Nos cum ꝓle pia bñdicat
vgo maria. Amẽ Mundi ſaluatoꝛ
ſit nobis auxiliatoꝛ am̄. Et aie
oim̄ fidelium defunctoꝝ ꝑ miam
dei requieſcant in pace. Amen. Da
veniam cunctis deus hic ⁊ vbiq̧
ſepultis. Ut ſint in requie ꝓpt tua

vulnera quinq;. Sit laus deo: pax
viuis requies defunctis. am. Inci
piunt cō[m]ēdationes animar̄. p̄s.

Beati immaculati ī via q̄ ābu-
lāt in lege dn̄i. Beati q̄ ſcrutāt̄
teſtimonia ei⁹ in toto corde exqui
rūt eū. Nō em̄ q̄ operāt̄ iniqtatē
in viis ei⁹ ābulauerūt. Tu mādaſti
mandata tua cuſtodiri nimis.
Utinā dirigant̄ vie mee ad cuſto
diēdas iuſtificatiōes tuas. Tūc
nō cōfūdar cū pſpexero in omnib⁹
mādatis tuis. Cōfitebor tibi in
directione cordis in eo q̄ didici iu
dicia iuſticie tue. Iuſtificaciones
tuas cuſtodiam, non me derelin-
quas uſquequaque.

In quo corrigit adoleſcētior
viā ſuā in cuſtodiēdo ſermo
nes tuos. In toto corde meo exq̄
ſiui te ne repellas me a mādatis

tuis. In cordemeo abſcōdi eloq̄a
tua: vt nō peccē tibi. Bn̄dictū es
dn̄e doce me iuſtificationes tuas.
In labiis meis pnūciaui, oia iu-
dicia oris tui. In via teſtⁱoniorꝝ
tuorꝝ delectatꝰ ſū, ſicut i oibꝰ diui
tiis. In mādatis tuis exercebor
⁊ cōſiderabo vias tuas. In iuſti
ficationibus tuis meditabor, non
obliuiſcar ſermones tuos.

Retribuere ſeruo tuo viuifi
ca me, ⁊ cuſtodiaz ſermones
tuos Reuela ocl'os meos: ⁊ cōſide
rabo mirabilia de lege tua Inops
ego ſū i tra nō abſcōdas me a mā
data tua Concupiuit aīa mea deſi
derare iuſtificaciōes tuas i oi tpe
Increpaſti ſupbos maledicti q̄de
clināt a mādatis tuis. Aufer a
me opꝓbriū ⁊ cōtēptū q̄ teſtⁱonia
tua exquiſiui. Etenī ſedert pricipes

& aduerſū me loq̄bāt ſerū⁹ aūt tu
u⁹ exercebat ī iuſtificatiōib⁹ tuis.
Nā & teſtimōia tua meditatio mea
eſt & cōſiliū meū iuſtificatiōes tue
Adheſit pauimēto aīa mea vi
uifica me ſcdm̄ v̄bū tuū. Uias
meas enūciaui & exaudiſti me do
ce me iuſtificatiōes tuas. Uiā iu
ſtificationū tuaꝝ īſtrue me & exer
cebor ī mirabilib⁹ tuis. Dormita
uit aīa mea p̄ tedio ↄfirma me ī v̄
bis tuis. Uiā iniq̄tatis amoue a me
& de lege tua miſerere mei. Uiā ve
ritatis elegi iudicia tua nō ſū ob
lit⁹. Adheſi teſtimōijs tuis dn̄e
noli me cōfūdere. Uiā mādatoꝝ
tuoꝝ cucurri cū dilataſti cor meū.
Legē pōe mihi dn̄e viā iuſtifica
tionū tuaꝝ & req̄rā eā ſēp. Da
mihi itellectū & ſcrutabor legē tuā
& cuſtodiā illā in toto corde meo.

Deduc me i ſemita mādatoꝝ tu
oꝝ: q꞉ ipſā volui Inclina cor meū
i teſtimonia tua ⁊ nō i auariciam.
Auerte oculos meos ne videāt va
nitatē: i via tua viuifica me Sta
tue ſeruo tuo eloqū tuū i timore
tuo. Amputa op pbꝛiū meū qꝺ ſuſ
picatꝰ ſū q꞉ iudicia tua iocūda Ec
ce concupiui mandata tua in equi
tate tua viuifica me.

Et ueniat ſup me mīa tua ſalu
tare tuū ſcꝺꝫ eloqū tuū Et reſ
pōdebo exꝓbꝛātibꝰ mihi vbū, q꞉ ſpa
ui i ſermōibꝰ tuis Et ne auferas
de ore meo vbum vitatis uſq꞉quaq꞉
q꞉ i iudiciis tuis ſupſpaui. Et
cuſtodiā legē tuā iſem: ⁊ i ſclm ſcli
Et ābulabā i latitudine q꞉ mānda
ta tua exqſiui. Et loquebar de te
ſtimoniis tuis i cōſpectu regū, ⁊ nō
cōfūdebar Et meditabar i māda

tis tuis q̄ dilexi. Et leuaui man⁹
meas ad mādata tua q̄ dilexi ⁊ ex-
ercebor in iuſtificationibus tuis.
Memor eſto v̄bi tui ſeruo tuo
i quo mihi ſpē dediſti. Hec
me cōſolata eſt in hūilitate mea qr
eloq̄ū tuū viuificauit me. Supbi
iniq̄ agebāt vſquequaq: a lege autē
tua nō declinaui. Memor fui iudi
cio⁊ tuo⁊ a ſeculo dn̄e, ⁊ cōſolat⁹
ſū. Defectio tēnit me p peccato-
ribus derelinquētibus legē tuam
Cātabiles mihi erāt iuſtificacio-
nes tue i loco peregrinationis me
Memor fui nocte nominis tui dn̄e
⁊ cuſtodiui legē tuā. Hec facta eſt
mihi qr iuſtificaciōes tuas exq̄ſiui
Porcio mea dn̄e dixi cuſtodi
re legē tuā. Deprecat⁹ ſū fa
ciē tuā i toto corde meo miſerere
mei ſcd̄m eloq̄a tuū. Cogitaui vi

as meas ⁊ cõuerti pedes meos in
teſtimonia tua. Paratꝰ ſũ ⁊ nõ ſũ
turbatꝰ vt cuſtodiã mãdata tua. Fu
nes pctõꝝ circũplexi ſũt me ⁊ legẽ
tuã nõ ſũ oblitꝰ. Media nocte ſur
gebã ad cõfitẽdũ tibi ſup iudicia
iuſtificatiõis tue. Particeps ego
ſũ oĩz timẽtiũ te: ⁊ cuſtodiẽtiũ mã
data tua. Mia tua dñe plena eſt
tra iuſtificatiões tuas doce me.
Reqẽ etnã dona eis dñe. Et lux
A porta. Erue dñe. Credo videre.
Dñe exaudi. Oremus.

Tibi dñe cõmẽdamꝰ aĩz fa
muli tui. ⁊ aĩas famulo
rũ famularũqꝫ tuaꝝ vt defuncti ſe
culo tibi viuant, ⁊ q̃ p fragilitatẽ
mundane conuerſationis peccata
admiſerunt tu venia miſericordiſ
ſime pietatis abſterge. per xpm.
¶ Pſalmi de paſſione Chriſti.

DEꝰ deꝰ meꝰ reſpice ĩ me quare
me dereliq̄ſti, lõge a ſalute me
a v̄ba delictoꝝ meoꝝ Deꝰ meus
clamabo ꝑ diē ⁊ nō exaudies ⁊ nocte
⁊ nō ad iſip̄iētiā mihi Tu aūt ĩ ſãc
to habitas laus iſrael. In te ſpe
rauerūt p̄res nr̄i ſperauerunt ⁊ li
beraſti eos. Ad te clamauerūt ⁊
ſalui facti ſūt ĩ te ſperauerūt ⁊ nõ ſūt
confuſi. Ego autem ſu m uermis
et non homo opprobrium hoim
et abiectio plebis. Omnes viden
tes me deriſerunt me locuti ſunt
labiis ⁊ mouerūt caput Sperauit
i dño eripiat eū ſaluū faciat eū qm̄
vult eū Qm̄ tu es q̄ extraxiſti me
de vētre ſpes mea ab uberibꝰ m̄ris
mee, ĩ te ꝓiectꝰ ſū ex vtero. De vē
tre m̄ris mee deꝰ meꝰ es tu ne diſ-
ceſſeris a me Qm̄ tribulacio ꝓxi
ma eſt qm̄ nō eſt q̄ adiuuet. Circū
dederunt me vituli multi tauri pin

gues obſidentes me. Aperuerūt ſup me
os ſuū ſicut leo rapiēs et rugiens.
Sicut aqua effuſ⁹ ſū ⁊ diſpſa ſūt
oīa oſſa mea. Factū eſt cor meū
tāq̄ꝫ cera liq̄ſcēs in medio vētris
mei. Aruit tāq̄ꝫ teſta vt⁹ mea ⁊ li
gua mea adheſit faucib⁹ meis et in
puluerē mortis deduxiſti me. Quō
circūdederūt me canes multi cōſiliū
malignātiū obſedit me. Fode
rūt man⁹ meas ⁊ pedes meos, di
numerauerūt oīa oſſa mea. Ipſi
vero cōſiderauerūt et īſpexerūt me
diuiſerūt ſibi veſtimēta mea, ⁊ ſup
veſtē meā miſerūt ſortē. Tu aūt
dñe ne elōgaueris auxiliū tuū a me
ad defēſionē meā cōſpice. Erue a
framea de⁹ aīam meā, ⁊ de manu
canis vnicā meā. Salua me de o
re leonis et a cornib⁹ vnicorniū hūi
litatē meā. Narrabo nomē tuū fri

bꝰ meis ī medio eccl'ie laudabo te
Qui timetis dn̄z laud̄ eū vniūſū
ſemē iacob glīficate eū. Timeat
eū oē ſemē iſrꝫ qm̄ nō ſp̄uit neqꝫ de
ſpexit dep̄cacionē paupis. Nec a
uertit faciē ſuā a me ⁊ cū clamarē
rē ad eum exaudiuit me. Ap̄d te
laus mea ī eccl'ia magna vota me
a reddā ī cōſpectu timētiū eū. E
dēt paupes ⁊ ſaturabūt ⁊ laudabūt
dn̄z q̄ reqrūt eū: viuēt corda eoꝝ ī
ſecl'm ſecl'i. Rēiſcent̄ ⁊ cōuertēt̄ ad
dn̄m vniuerſi fines t̄re. Et adora
būt ī cōſpectu eiꝰ vniuerſe familie
gētiū. Qm̄ dn̄i eſt regnū ⁊ ipē dn̄a
bit̄ gētiū. Mādūcauerūt ⁊ adora
uerūt oēs pīgues t̄re ī cōſpectu eiꝰ
cadēt oēs q̄ deſcēdūt ī t̄rā. Et aīa
mea illi viuet ⁊ ſemē meū ſeruiet
ipſi. Annūciabit̄ dn̄o gn̄atio vē
tura ⁊ ānūciabūt celi iuſticiā eiꝰ

pplo q̄ naſcet quem fecit dn̄s.
Dn̄s regit. Domini eſt tra. Ad te dn̄e leuaui. vel̄s. Pſalmus.

Iudica me dn̄e qm̄ ego ī inocē tia mea igreſſ⁹ ſū ⁊ ī dn̄o ſpe- rās nō īfirmabor. Proba me dn̄e ⁊ tēta me vre renes meos ⁊ cor meū. Qm̄ mīa tua āte oculos meos eſt ⁊ cō placui ī veritate tua. Nō ↄſe- di cū ↄſilio vanitatis ⁊ cū īiqua gerētib⁹ nō troibo Odiui eccleſiā malignātiū: ⁊ cū impiis nō ſedebo Lauabo int inocētes man⁹ meas ⁊ circūdabo altare tuū dn̄e. Ut audiā vocē laudis ⁊ enarrē vniuer ſa mirabilia tua. Dn̄e dilexi deco rē dom⁹ tue: ⁊ locū habitationis glie tue. Ne pdas cū impiis deus aiam meā: ⁊ cū viris ſāguinū vi- tā meā. In quor manib⁹ iiqtates ſūt dextera eor replecta eſt muneri

b⁹. Ego antē i inocētia mea īgreſſ⁹ ſuz redime me & miſerere mei. Pes enī me⁹ ſtetit i directo in excelſis benedicaz te dn̄e. ps. Dominus illuminatio mea. Ut ſupra.

Ad te dn̄e clamabo de⁹ me⁹ ne ſileas a me, ne q̄n taceas a me, & aſſimulabor deſcēdētibus i lacū. Exaudi dn̄e vocē dep̄catio nis mee dū oro ad te, dum extollo man⁹ meas ad tēplū ſāctuz tuum. Ne ſimul tradas me cū peccatori bus & cū operātib⁹ iiq̄tatē ne pdas me. Qui loquunt̄ pacē cū primo ſuo mala aūt i cordib⁹ eoꝝ. Da illis ſcdm opa eoꝝ & ſcdz neq̄tiā ad iuētionū ipſoꝝ. Scdz opa manuū eoꝝ tribue illis redde retributionē eoꝝ ipſis. Qm̄ nō itellexerūt opa dn̄i & i ope manū ei⁹ deſtrues illos & nō edificabis eos. Benedict⁹

dñs qm̃ exaudiuit vocē depcatio-
nis mee. D ñs adiutoꝛ me⁹ ⁊ ꝓtec
toꝛ me⁹ ⁊ i ipſo ſperauit coꝛ meū ⁊
adiut⁹ ſū. E t refloꝛuit caro mea
⁊ ex volūtate mea ꝯfitebor. D ñs
foꝛtitudo plebis ſue ⁊ ꝓtectoꝛ ſalua
tionū xp̄i ſui eſt. S aluū fac popu
lum tuum domine et benedic here
ditati tue: et rege eos ⁊ extolle il-
los vſq; in eternum.

A fferte dño filii dei, afferte
dño filios arietum. A fferte
dño gl'iaꝫ ⁊ honorē afferte dño glo
riā noi ei⁹ adoꝛate dñm i atrio ſā-
cto eius. V ox dñi ſup aquas de⁹
maieſtatis itõuit dñs ſup aquas
multas V ox dñi i ṽtute vox dñi i
magnificētia. V ox dñi cõfrigētis
cedꝛos ⁊ cõfriget dñs cedꝛos libāi
E t cõminuit eū tāq̄ vitulū libani
⁊ dilect⁹ quēadmodū fili⁹ vnicoꝛ-

niū. V ox dñi ītercidētis ⁊ mouebit
dñs deſertū cades. V ox dñi ꝑpa
rātis ceruos ⁊ reuelauit cōdēſa: ⁊ i
tēplo ei⁹ oēs dicēt gl'iā. D ñs dilu
uiū īhabitare facit ⁊ ſedebit dñs
rex ietnū. D ñs v̄tutē populo ſuo
dabit dñs benedicet populo ſuo in
pace. E xaltabis Pſalmus.
I N te dñe ſꝑaui nō cōfūdar ī
etnū ī iuſticia tua libera me.
I nclina ad me aurem tuā. accele-
ra vt eruas me. E ſto mihi ī deū ꝓ
tectorē ⁊ ī domū refugii vt ſaluū
me facias. Q m fortitudo mea et
refugiū meū es tu, ⁊ ꝓpt nomē tuū
deduces me ⁊ enutries me. E duces
me de laq̄o hoc quē abſcōderūt mi
hi qm̄ tu es ꝓtector me⁹. I n man⁹
tuas dñe cōmēdo ſpiritū meū rede
miſti me dñe deus veritatis. A̅. xp̄s
fact⁹ eſt ꝓ nobis obediēs vſqꝫ ad
mortē mortē autē crucis. V̄. Ora pro

vis ſācta dei gĕitrix. ℣. Ut digni ef-
ficiamur pmiſſiōib⁹ xp̄i. ℣. Valde
honorād⁹ eſt beat⁹ Johānes. ℟. q̄
ſupra pectus dn̄i in cena recubuit.

Reſpice q̄s dn̄e ſup hāc (Orem⁹
familiā tuā p qua dn̄s nr̄ Je-
ſ⁹ xp̄s nō dubitauit manib⁹ tradi
nocētiū: ⁊ crucis ſubire tormētum.
Qui tecū. Glorioſa paſſio dn̄i nr̄i
Jeſu xp̄i eruat nos a dolore triſti⁊
pducat nos ad gaudia paradiſi.
amē. Bn̄dictuz ſit dulce nomē dn̄i
nr̄i. ⁊c. Nos cuz ꝓle pia bn̄dicat v̄-
go maria. amē. Sācte ⁊ idiuidue.
vcs. Pro tali cōuiuio bn̄dicamus
dn̄o. Deo grās. ¶ Queda deuotiſ-
ſima cōtēplatio beate Marie vgi-
nis iuxta crucē filii ſui lachrimān
tis ⁊ ad cōpaſſionem ſaluatoris cō
pendioſe ſingulos inuitantis.

Stabat mat dolorosa iuxta
crucē lachrymoſa dū pēde

bat fili' Cui' animā gemētē con-
triſtātē ⁊ dolētē ptrāſiuit gladi'.
O q̄ triſtis ⁊ afflicta fuit illa bñ-
dicta mat̄ vnigeniti Que merebat
⁊ dolebat ⁊ tremebat cū videbat
nati penas iclit Quis eſt homo q̄
nō fleret xp̄i matrē ſi videret i tāto
ſupplicio Quis poſſet nō cōtriſta
ri piā matrē cōtēplari dolētē cū fi-
lio Pro p̄ctis ſue gētis vidit ieſū
tormētis ⁊ flagellis ſubditū. Vi-
dit ſuū dulcē natū morietē deſola-
tū dū emiſit ſpiritū, Eya mat̄ fōs
amoris me ſētire vi doloris fac ut
tecū lugeā. Fac vt ardeat cor meū
i amādo xp̄m deū vt ſibi cōplaceā
Sācta mat̄ iſtud agas, crucifixi fi-
ge plagas, cordi meo valide. Tui
nati vulnerati iā dignātis p̄ me
pati penas mecū diuide. Fac me
vere tecū flere crucifixo cōdolere

B M

Apr 2 1895

About one leaf is wanting to finish the <u>Stabat</u> <u>Mater</u>. Probably this would make the book perfect.

It was compared, April 2 1895, by the Rev. E. Hoskins, with another edition of the same date in the Incorporated Law Society's Library, and contains substantially the same matter, although the arrangement is slightly different.

H. J. W.

April 2 1895

The remainder of Stabat Mater & 2 prayers — Interveniat &c. & Regina celi — wanting. They fill about 1 leaf. See the Horæ of John Kyng 1555. The leaf 𝔉. iiii. was inserted here probably by mistake at first.